

Exod. 32. Qui vult simul habere Deum, & mundum perit.

Exod. 32. & inter hec minime punitur populus, nisi postea liquos dies, cum Moyses e motu descenderit. Adolatriæ nefas multo grauius, quam carniû appetentia; cur ergo in vituli adoratione differtur ira, non verò in carniû gula? Cum idolum venerantur, à Dei cultu omnino recedunt, mundanæque nequitia omnino semetipsos committunt; At verò cum carnes appetunt, Deum, eiusque cælestes fauores non penitus abiciunt, sed simul retinere affectant Deum, & mundum; & Angelium panem, ac carnalia alimenta; Quod in Idolatriam prolabantur grande malum, per aliquod tamen tempus dissimulatur; At verò quod velint simul habere cælum, & terram, panem cælestem vna manu, & altera aues terrestres: res sic execrabilis, vt maxime aduersus eos diuinus furor prouocetur. Eleganter Saluianus. lib. 1. de gubernatione. Quia quotidie, ait, manna edens expleri ex illecebris ventris cupit ingluuiem, optata quidem cupiditate saturatur, in ipsa tamen saturitate torquetur. Ad huc enim inquit Scriptura; esca erat in ore ipsorum.

Saluian.

42.

Importune Dalila per singulos dies conabatur extorquere à Samone, in quoniam esset maxima eius fortitudo, eius molestis precibus lassatus, aperuit ei veritatem dicens: Si rasum fuerit caput meum, recedat à me fortitudo mea, & desiciam, erog, sicut ceteri homines. Iudic. 16. num. 17. Tunc illa conuocatis Philisthæis. Vocauitq, tonsorem, & rasi septem crines eius, & capiti abigere eum, & à se repellere: statim enim ad eo fortitudo discessit. Ibidem n. 19. Ex quo grande dubium insurgit. Sanson dixerat, quod virtus, ac fortitudo diuina in omnibus capitibus sui crinibus inerat; quomodo mulier acquiescit, quod ei septem capilli tondantur, quo facto ita certo eum imbellem existimat, vt eum protinus à se repellat; bene agnouerat mulier, quod si ex tunc, tantisque crinibus septem extraherentur, vt mundo inferuissent, ex omnibus aliis Dei fortitudo recederet; Deus enim non vult hominis partem, sed totum hominem, ita vt nec vnus capillus alterius obsequio inferuiat. Ioachim Abbas. 1. p. exposition. in Apocal. Agere, ait, iam fortiter vt primo, & secundo non poterit, quia veluti laesi crinibus ex parte illi spiritus, & non ex toto assistit. Vide plura tom. 2. c. 3. q. 7. num. 34. & cap. 17. q. 5. n. 19. & tom. 3. cap. 29. q. 5. n. 36. 37. & 38.

Iudic. 16.

Sic Deum vult totum hominem, vt ne vnus eius capillus alteri inferuiat. Ioan. Abb.

QUESTIO VI.

Quare Christus Dominus mandat seruis suis, vt habeant non lucernam, sed lucernas?

43.

QUESTIO præsens inquit, cur præcipit Dominus seruis suis habere lucernas, & non lucernam in manibus? Cùm de fetuorum more aptius, & vilitatis sit quod in manu lucernam deferant.

44. Theophyl.

Respondet primò Theophylactus: Serui scilicet duas habentes lucernas ardentes, & sermonem internum in affectibus, & quem pronunciamus: & eum autem quem proferimus, vt in lingua resurgat lucidius. Duæ lucernæ est sermo internus, & externus, vt cùm altero cohæreat, & ne ab eo discrepet, distat enim à perfectione intentio bona cum operatione mala, & vice versa operatio bo-

Intentio cum operatione conformetur.

na cum intentione mala, vna ergo cum altera sit vniformis, vt totum hominem perficiant. Vide tom. 2. cap. 29. q. 5. num. 27.

Secundò. Respondet D. Chrysológus ferm. 22. Lucernæ in manibus vestris. Multiplici, ait, coruscet in lumine licita, qui requirit. A mente virtutis plena, non vnus radius diffunditur, sed multi; non vnum lumen sed multa proueniunt, ac profiliunt, non solum quibus alios lustrant, sed etiam quibus ipsimet in omni suæ vitæ actione coruscant, & fulgens: hunc refero illud, quod dicit D. Ennodius lib. 7. Epistol. 13. in laudem Bonetij. In cuius manibus, ait, duplicato igne rutilat, qua veteres face fulserunt. Nam, quod vix maioribus circa extremitatem vitæ contigit, hoc tibi abundat in lumine.

45. Chrysol. Lucerna vt se, & alios illuminet.

Tertiò. Idem D. Petrus Chrysológus citato ferm. 11. Non portanti tantum lucerna lucet, sed multis, & opus bonum dum factum in vno lucet, multis illustrat exemplo. Non lucerna, sed lucernæ habeantur in manibus, vt multiplice luce sibi, & aliis fulgeat. Simon Cassianus lib. 6. cap. 30. Lucerna in manibus opera bona sunt accensa igne veritatis, & charitatis. Mandauit Deus Moyse. Facies lucernas septem, & pones eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso, Exod. 25. num. 37. Septem lucernæ, septem sunt dona Spiritus sancti, vt interpretantur Glossa, Procopius, Beda, & alij. Spiritus scilicet sapientiæ, intellectus, consilij, fortitudinis, scientiæ, pietatis, ac timoris Domini. Isai. 11. n. 2. Quibus iustus debet diffundere lumen virtutis in Ecclesia. Gennadius in Catena Græca per septem lucernas interpretatur septem sydera, quæ in cælo denotari videntur. Iosephus lib. 3. antiq. cap. 8. Philo lib. 3. de vita Moyse, inquit, quod septem lucernæ sunt symbolum septem planetarum, quæ sic illuminant, vt natos effectus producant ad hominum generationem, conseruationem, ac salutem, & dicitur quod lucernæ lucebant ex aduerso, hoc est contra mensam, vt postea exprimitur, lucem ergo mittebant lucernæ versus Aquilonem, cur porius versus Aquilonem, quam versus meridiem? Imò cùm lucerna lucret aduersus Aquilonem stabat illa meridiana in parte, vt obseruat Rupert. Diabolus suam sedem in Aquilone constituit. Sedebo in lateribus Aquilonis. Isai. 14. n. 13. Innuitur ergo, quod lucerna Ecclesiæ, ac tabernaculi succensa charitate meridiana, sic fulgeat, vt dissipet tenebras Satanæ, ac exercituum eius.

46. Chrysológus.

Vt resplendat in opere bono contra alios. Cassian.

Exod. 25.

Isai. 11. Glossa. Procop. Beda. Gennad. Ioseph. Philo.

Rupert.

Isai. 14.

Obscuratur, qui alios ne lucent, obsecrare vult Matth. 17.

D. Thom.

Hugo.

QVÆ

QUESTIO VII.

Quare non solum mandat Dominus habere lucernas, sed etiam vt sint ardentes?

48. Leo.

RESPONDET Primò D. Leo ferm. 1. de Pentecost. Ipse, ait, spiritus veritatis facit domum gloria sua luminis sui nitore fulgere, in templo enim suo, nec tenebrarum aliquid vult esse, nec tepidum. Non solum commendat Dominus lucernas, sed etiam ardentes, non vult Dominus in domo suæ habitationis aliquid obscuro, tepidum, ac ambiguum, sed maxime perucidum, ac charitate feruentem Apocal. 3. num. 13. Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. D. Hieron. Epistol. ad Eustoch. de munusculis. Nihil quippe, ait, Saluator medium amat, & sicut frigidum non refugiens calidus delectatur, ita tepidus in Apocalypsi euomere se loquitur.

Deus non vult tepidus. Apocal. 3. Hieron.

49. Bonauent.

Secundò. D. Bonau. Lucerna ardens, ait, abscondit lumen à vento, sed non à visu, sic bona opera comparantur lucernæ. Quia sic debet opus esse in publico: quatenus intentio maneat in occulto; sic velit homo aliis dare exemplum virtutis, vt tamen non quærat minimum transitorium fauoris. Lucerna virtutum multo studio accensa maxime custodienda à vanitatis aura, ne in lucernam irruens eam exinguat, & iustitiæ stolam dilaceret. Vnde ait D. Gregor. Nazianz. ad Carminem, de præceptis Virginum. Nam gloria vana inter eum tacite viles rumpit amictus. Hinc antiqui illi Patres sanctitate illustres. In solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis. Ad Hebræ. 11. num. 38. Cur in antris se recipiebant præmiserat Apostolus nam. 37. Circueierunt in melotis, in pellibus caprinis, ad speluncas se recipiebant, ne eorum vestes à vento inanis gloriolæ rumperetur. D. Bernad. ferm. 4. in Psalm. 90. Neceste est, ait, abscondere interim, si quid boni habemus: propter quod in claustris, & syluis abscondimur. Vide multa hoc tom. 1. ac 2. & 3. verb. Gloria vana.

Virtus custodienda à vanitate.

Hebr. 11.

Bernad.

50. Hugo.

Iustus pro alio exinanire faciat.

Eccles. 48.

Ioan. 5.

51. Bruno.

Prædicator reprimat incontinentiam vt de vna sua ardeat

Tertiò. Cardinalis Hugo. Lucerna ardens duo facit, ait, ceram, siue oleum comburit, & lumen diffundit, ad hoc ergo vt bonum opus sit lucerna: oportet vt ardore diuini amoris fiat, & aliis præbeat exemplum. Iustus sic resplendat velut lucerna ardens, ardens charitate, ac zelo animarum, ita vt suimet oleum, alimentum, ac substantiam minuatur, ac consumatur, vt aliis exemplo luceat, eoque in diuino amore calefaciat. Sic Parens Elias dicitur ignis. Surrexit Elias propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Eccles. 48. n. 1. & Ioan. Baptista dicitur Lucerna lucens, & ardens. Ioan. 5. num. 35. Vide quæ de hac re dixi tom. 3. c. 2. quæst. 11. & 12. & to. 2. c. 11. q. 5. n. 45. 46. & 47. Quartò. D. Bruno Cartusienis ferm. 5. de confessoribus. Non possunt, ait, illi esse lucernæ ardentes, nisi qui lumbos præcingunt, lucerna quidem esse possunt, ardentes esse non possunt, nisi enim ignis inferior extinguatur, superior lucere non potest: inferior ignis luxuria est, superior quis alius, nisi gratia Spiritus sancti? Rectè antequam Christus Dominus mandasset suis discipulis habere lucernas ardentes, prius eis præcepit, vt lumbis essent præcincti castitate, ac puritate, enim Prædicator habeat scientiam, & eloquentiam cum impuritate vitæ, erit lucerna, non tamen ardens, cum aliorum Sylueira in Euang. Tom. IV.

corda non illuminet, nec calefaciat, nec ardeat faciat igne charitatis, cum id, quod verbis dicit, moribus contradicat, eiusque incontinentia totam suam doctrinam obnebulat; vt ergo sit lucerna ardens, necesse est, vt prius lumbos præcingat, prauos motus comprimatur, & continentiam amet, vt remota caligine vitiorum, ac iniquitatum frigore excluso, eius doctrina splendide fulgeat, magna vi calefaciat, ac vehementer inflammet, & auditorum corda ardere faciat.

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vniuscuiusq, ensis super femur suum propter timores nocturnos. Cantic. 3. num. 7. Ecce fortissimi milites describuntur custodientes lectulum Salomonis, Ecclesiam nempe, quæ est lectulus, in quo verus Salomon Rex noster Christus requiescit. Hi fortissimi sunt prædicatores, & Doctores Ecclesiæ, cur dicuntur habere gladios super femur, & non potius in manibus, vt strictæ absque vlla mora suum munus exercerent, vt de Sanctis Angelis canit Dauid Psalm. 149. n. 6. & gladij accipites in manibus eorum. Theodoret. D. Ambrosius lib. 10. in Luc. cap. 22. existimat, quod quilibet ex his fortissimis habeat duplicem gladium; vnum super femur; alterum in manu. Super femur, ex quo erumpunt libidinis incendia, ad comprimendos, ac coercendos illius appetitus, ac stimulos propter timores nocturnos, occultas Dæmonum insidias in nocte præsentis huius sæculi. Alterum gladium intelligentiæ, ac doctrinæ portant in manu ad docendum, ac erudiendum alios. Hoc duplici gladio armantur Doctores ad custodiendum lectulum Salomonis, Ecclesiam nempe. Solus enim ille, qui habet gladium super femur ad refecandos, ac amputandos suæ carnis pruritus, & libidines, valet habere in manu gladium verbi Dei, vt aliorum corda transfigat, & penetret. Richardus de Sancto Victore, cap. 11. In femore, ait, notatur propagatio carnalis, dum per femur intelligi possunt motus carnales, atq, cordis voluntates: quantum quisq, has delectationes, vel voluptates sequitur, tantum in mente cecatur; contra hos nocturnos timores est gladius verbi Dei, habendus super femur delectationum, & voluptatum, non seponendus, vel longe ponendus.

52.

Cantic. 3.

Psalm. 149. Theodor. Ambros.

Prius Prædicator amputet suos appetitus, vt habeat doctrinam gladium.

Richard.

53.

Apocal. 13.

Rupertus. Beda. Haymon. Richard. Anbertus.

Succingatur prædicator, vt doctrinam præbeat.

MM 3 videatur

videatur veluti Angelus, tamen ne quid incaute surrepat, prius debet suos appetitus compescere, ac deincere, ac antequam in sublime prædicationis munus prodeat: Beda. Qui prædicare, ait, fortia velit, corpus mortificet, certe zonis pectora stringere est cunctos mutabilium cogitationum motus per solius iam amoris vincula restringere. Vide tom. 2. & 3. Verbum Prædicator, ibi multa.

Luce 12. n. 3. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis: vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.

VERSIONES.

Arabicus. Vos similes estote.

D. Epiphanius Eritis tanquam boni serui expectantes Dominum.

Syriacus. Et estote similes viris præstolantibus Dominum suum, quando reuersurus sit à domo conuiuij.

Tertullian. l. 4. Expectantes Dominum reuertentem à nuptiis. cap. 19.

EXPOSITIO II.

RIA dat Dominus documenta hic, & superiori versu; ob quæ, vt ait D. Bonau. hoc Euangelium legitur in festo Confessorum, in quo tripliciter commendantur. Ex illo carmine Dauid Psalm. 36. num. 27. Declina à malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam. Quæ tria explicat D. Augustinus serm. 39. de verbis Domini. Primum, quod est lumbos, seu appetitus præcingere conuenit cum illo. Declina à malo. Secundum, lucernas ardentis tenere, lumen nempe honorum operum, respicit illud, fac bonum. Tertium quoad spem æternorum. Expectantibus Dominum suum, conuenit cum illo inquire pacem, & persequere eam. Idem etiam explicat Hugo de vno Confessore. continentia in lumbis, iustitia in lucernis: patientia, seu longanimitas in expectatione. Tria hæc documenta dabit Paulus. Act. 24. num. 25. De iustitia, castitate, ac iudicio futuro. De spe scilicet vitæ æternæ. Alij aliter explicant; lumbi præcincti denotant Apostolos mitti ad prædicandum, lucernæ ardentis, eos sua prædicatione mundum illuminare debere. Expectantibus Dominum; ob spem vitæ æternæ eos omnia terrena despiciere.

Et vos similes hominibus. Ecce tertia pars parabola, ad quam duæ superiores lumbi præcincti, & lucernæ ardentis tendunt, ac ordinantur. Commendat Dominus, vt sui sint valde perfimiles seruis bonis, ac fidelibus Expectantibus Dominum suum. Multa cum vigilantia, patientia ac diligentia, præstolantibus noctu Dominum. Quando reuertetur à nuptiis. Incertum enim habent qua hora venturus sit à nuptiis, à conuiuii nuptiali. Respicit antiquorum consuetudinem, qua scilicet conuiuii præsertim nuptialia noctu ce-

lebrantur, & ideo vt notat Maldonatus, potius introducit reuertentem à nuptiis, quam ab agro, vel foro, quæ Christo sic sunt applicanda. Christus in Incarnatione celebravit sponsalia cum Ecclesia militante, ac omnibus fidelibus per gratiam. Ascendens vero cælum cum Ecclesia triumphante consummauit nuptiu, per gloriam enim visionis beatificæ intime, & indiuisse cum beatis omnibus per æternitatem vnitur. Cum ergo è cælis ad iudicium cuiusque animæ venit, videtur è nuptiis cælestibus redire, vt eisdem animas ad nouam desponsationem inducat; nuptiæ enim sunt intima, & perpetua vnio, summumque gaudium, quod Christus habet in cælo cum beatis. Ita D. Gregorius homil. 31. in Euangel. Beda, Theophylactus, Euthym. D. Cyrill. apud D. Thomam. D. Bonauent. Hugo, & alij.

Cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Docet nos Dominus, vt bona opera non differamus ad extremam vitam, sed vt omnibus horis, ac momentis simus parati, vt cum venerit hora, qua Dominus, ad nos venerit, non sit necesse ad studium noui operis nos conuertere. Preme verbum cum venerit, & pulsauerit. Quis vnquam sponsus multo apparatu, ac comitatu amicorum veniens pulsauit ianuam; vt ab eo quæratur; quis es tu? Ianuæ apertæ sponsum venientem expectant. Præcaucendum est hoc exemplo, vt cor nostrum non aperiat cuique spiritui pulsanti, nisi prius multa cautela, ac discretione examinetur quis est ille, qui ad valuas nostras venit, vt ingrediatur.

QVÆSTIO VIII.

Quare Christus suos discipulos hic comparat potius cum hominibus, quam cum Angelis spectantibus Dominum suum?

NOTANDVM in exordio quæstionis, quod ait Christus: Et vos similes hominibus. Loquebatur Dominus cum suis discipulis, ad quid tam aperte exprimit illud vos? Poterat dicere: lucernæ ardentis in manibus vestris, & similes estote hominibus. Ad quid apponit illud pronomen vos? Incipiebat Christus mundum à prauis moribus restringere, ac in meliorem formam redigere, voluitque hanc reformationem à suis inchoare; Vnde cum Petrus ab eo quæreret. Domine ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes? Hoc cap. 12. num. 41. Respondet Christus num. 44. Vere dico vobis. Discant, & Prælati à suis, ac paragonatibus strictiore vitam inducere, mores componere, vitia amputare, ac omnem statum reformare.

Ad quæstionem, sicut homines expectant Dominum redeuntem à nuptiis, sic & Angeli expectabant Christi Ascensionem, ac eius aduentum in cælum; vt redeuntem à nuptiis illis, ait Hugo, quas in die suæ Conceptionis celebravit in vtero Virginis. De quibus dicitur Matth. 22. num. 1. Simile est regnum calorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et maxime in rem nostram Diuus Gregorius Nyssenus homil. 15. in Cantic. Comparat nos Dominum cum Angelis, si quidem vigilantem Deo pareamus, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis, scilicet factis nuptiis, & in thalamum mysteriorum, ad missa

missa iam sponsa expectabant Angeli reditum regis Ecclesia ad naturalem beatitudinem, & gloriam. Ecce homines, & Angeli expectantes Dominum cum reuertatur à nuptiis. Quare ergo nos potius assimilat hominibus, quam Angelis?

59. Respondeo ad quæstionem. Christus loquebatur cum suis discipulis, quibus mandabat, imponit eis, vt sint similes, non Angelis, sed hominibus, cum enim homines essent volebat, quod vt homines se exhiberent, ac apparerent, nil enim apertius est, quam quod quisque videatur, ac in sua representatione se prodeat, secundum esse, quod in se habet; homo, vt homo; Angelus, vt Angelus.

60. Quærant Theologi. Quare è tribus diuinis personis potius persona Filij, quam Patris, vel Spiritus sancti carnem assumpserit; quælibet enim persona Diuina in assumpta humanitate satisfactionem de rigore iustitiæ perfolueret. Respondet D. Ioannes Damascen. lib. 4. Orthodoxæ fidei cap. Ob eam causam, ait, Dei filius hominis efficitur, vt proprietati immobilitatis suæ constet; nam cum Dei filius esset, hominis filius effectus est. Congruentius enim fuit, vt filius Dei assumeret humanam naturam, in tempore fieret, & appareret filius hominis, qui ab æterno erat filius Dei; Non enim dicebat, vt qui ab æterno erat Pater, in tempore prodiret, ac fieret filius. Optima rerum ordinatio, vt cuiusque præsentia eius conditionem exprimat.

61. Ad perlustrandam terram Chanaan mittuntur à Moyse duodecim exploratores, qui dum recensentur à sacro textu, de Iosue ait. De Tribu Ephraim Osee filium Num. Numer. 13. num. 9. Sepruaginta legunt. Ausen filium Naue. Qui cum regressus esset, & vidisset populum tumultuantem, ac omnino diffidentem ad terram Chanaan expugnandam; tunc refert facer Textus, Num. 14. num. 6. Iosue filius Nun; & Caleb filius Iephone sederunt vestimenta sua, & ad omnem multitudinem filiorum Israël locuti sunt: Terra, quam circuiimus, valde bona est: si propitiu fuerit Dominus, inducet nos in eam, Numer. 14. num. 6. Maxime notandum est, quod idem ipsemet homo cum mittitur ad explorandam terram, appellatur Osee, ac postea cum reuertitur, & veritatem aperte, ac sincere dicit, tunc Iosue nuncupatur, cur etiam quando inter exploratores pergit, non Iosue dicitur? Verum est, quod idemmet homo erat; At exploratoris munus agit, dicitur Ausen, & non Iosue, quod symbolum habet sanctissimi nominis Iesus, tantum enim nomen procul abest ab appellatione, ac officio, quod fictionem, & dolum importat, indeque inter exploratores omnino taceat, maxime vero exprimitur, cum veritatem simpliciter profert, animum suum aperit, & id, quod retinebat corde, testatur ore. Origenes homil. 1. in Iosue. Inter eos, ait, qui ad explorandum missi sunt, nomen eius Ausen scribitur, & fortassis pro exploratoris officio, non Iosue, sed Ausen dicitur est. Cum vero redit opere expleto, & perterritis omnibus solus subleuat lapsos, tunc à Moyse Iosue nominatus est.

62. Apparuit Deus Abrahamo, aitque ei. Ambula coram me, & esto perfectus. Genes. 17. num. 1. Sepruaginta legunt. Esto inculpabilis. Quid ei commendat, cum dicit esto perfectus, inculpabilis: Ex-

plicat Lyppom. Esto perfectus, fidelis, simplex, & non duplici corde mecum pergas. Homo enim duplici facie, vna in ore, altera in corde maxime Deo displicet.

QVÆSTIO IX.

Quare Dominus reuertens à nuptiis suos vult inuenire non vt duces, ac principes, sed vt seruos?

IN præsentem maxime exhortatur Christus suos discipulos, vt sint præparati ad ipsum excipiendum, ad hoc eis proponit, vt sint similes hominibus, ac seruis, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis; & iterum: beati sunt serui illi. Christus suos discipulos appellauerat lucem mundi: Vos estis lux mundi. Matth. 5. num. 13. eoque conluerat principes orbis terrarum, ac principes suæ Ecclesiæ. Matth. 18. num. 18. Cum ergo Christus in præsentem suos admoneret, vt sint præparati ad eum excipiendum tanquam Dominum reuertentem à nuptiis; cur non mandat eis, vt sint compositi, ac ornati ad illi occurrendum tanquam lucem, principes orbis terrarum, pastores Ecclesiarum? Eorum enim tantus apparatus, ac cultus præuenisset Domini maiestatem decantabat. Ad quid hoc omni ornatu omisso seruiturum tantum habitum perquirat? Vos similes hominibus expectantibus Dominum suum; & iterum: beati serui illi.

Respondeo. Ad eum excipiendum non commemorat in suis principatus, sed seruitutis conditionem; magis enim pignorabatur, ac alliciebat, vt eos multis fauoribus, ac donis sublimaret, humilitate, ac submissione, quæ in eis apparebat, quam alia quacumque magnitudine, quæ illis manifestaretur.

Postulat Mulier Sunamitides à Parente Elisæo salutem filio suo, qui eius precibus commotus, non solum puerum suum mandat, sed etiam ipse egressus è suo loco, ad domum mulieris, pergit. Surrexerit ergo & secutus est eam. 4. Reg. 4. n. 5. Postea vero veniens Naaman ad ipsum, vt ab illo suæ lepræ sanitatem impetraret, non finit cum Elisæo in domum suam introire, sed per nuntium declarat ei. Vade, & lauare sepius in Iordane. 4. Reg. 5. num. 10. Vnde tanta rei differentia, quod ad domum mulieris tetendit; Naaman vero in domum suam non admittit? Sunamitides venit cum multa submissione ad Prophetam. Cumq; venisset ad virum Dei in montem apprehendit pedes eius. cap. 4. num. 27. D. Paschal lib. 11. in Matthæum Submisit pedes tenebat. Ad Naaman multo comitatu, ac apparatu domum Prophetæ perebat, & plus præualuit apud virum Dei humilitas viduæ, quam splendida Aulici regij magnificentia; quod eximia magnitudini denegatur, hoc paræ humilitati conceditur.

Apparet Dominus Abrahamo Genes. 18. n. 2. vt ait D. Chrysostom. serm. 131. Se ostendit hostis in figura. Qui ei lautum parauit conuiuium, cum vno vitulo, lacte, butyro, ac panibus. Postea vero egressus Iacob de domo patris sui cum solus iter faceret in Mesopotamiam, ac in quodam loco requiesceret, inclinans caput suum super lapidem videt cælum apertum, & scalam statentem